Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25888
Copyright: Admont, Benediktinerstift



dixit me illuc: et conuerti me adportam que respiciebat ad
orientem: et erat clausa. Et dixit dominus adme: Porta
hec clausa erit. Non aperietur et vir non transiet per eam
quia dominus deus israel ingressus est per eam: erit que clausa pri
cipi. Ipse princeps ipse sedebit in ea: ut comedat panem coram
domino. Per viam vestibuli porte ingrediatur: et per viam eius egre
dietur. Gra. Altissimo celo egressio eius et occursus eius vsque adsummum eius
Tr. Celi enarrant gloriam dei et opera manuum eius annunciat firmamentum. Tr. Audi fi
Illo tempore: missus est angelus gabriel a deo in S. lucam
ciuitatem galilee cui nomen nazareth ad virginem desponsatam
viro cui nomen erat ioseph de domo dauid: et nomen virginis
maria. Et ingressus angelus ad eam dixit: Aue gratia ple
na dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quae cum audi
isset: turbata est in sermone eius: et cogitabat qualis esset sa
lutatio. Et ait angelus ei: Ne timeas maria: inuenisti enim
gratiam apud deum. Ecce concipies in utero et paries filium:
et vocabis nomen eius ihm. Hic erit magnus: et filius al
tissimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus sedem dauid pris
eius: et regnabit in domo iacob in eternum: et regni eius non erit
finis. Dixit autem maria ad angelum: Quomodo fiet istud qui
virum non cognosco? Et respondens angelus dixit ei: Spiritus
sanctus super veniet in te et virtus altissimi obumbrabit ti
ideoque et quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. Et
ecce elizabet cognata tua: et ipsa concepit filium in senectute
sua. Et hic mensis est sextus illi que vocatur sterilis: quia
non erit impossibile apud deum omne verbum. Dixit autem
maria: Ecce ancilla domini fiat mihi secundum verbum tuum. Off.
Aue maria gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus et benedictus
fructus ventris tui. Secret. In incentibus nris cs domine vere fidei
sacramenta confirma: ut qui conceptum de virgine deum verum
et hominem confitemur per eius salutifere resurrectionis poten
tiam ad eternam merceamur peruenire letitiam. Qui tecum. Cōe